

DOMITII CALDERINI VERONENSIS SECRETA
RIL APOSTOLICI IN COMMENTARIOS IUVENALIS
AD CLARISSIMUM VIRVM IVLIANVM MEDICEN
PETRICOSMI FILIVM FLORENTINVM.

DOMITIVS Iuliano medici. Sal. Et si multa de pruden-
tia: humanitate: uirtute tua: olim mihi saepe afferebantur Iuli-
ane: tamen quom superiore anno isthic essem: ea omnia ita in
te prospexi: & admiratus sum: ut ad eam fidem: & obseruanti-
am immortalem: quam in Laurentium fratrem contuli: & loca-
ui: tu quoq; magna ex parte impuleris. Nam quom me: & mea
omnia laurentio: domuiq; uestre traderem: inter caetera orna-
menta: que egregia: & amplissima habetis: & parta a maioribus
ueltris: & a uobis non modo conseruata sed aucta: illud in pri-
mis laude singulari dignum arbitratus sum: quod duo fratres
cum domestica gloria: tum ciuitatis honoribus florentissimi: ta-
ta concordia uiuatis: tam mutua pietate: tanta uirtutum omni-
um similitudine: ut quom tu maiori natu Laurentio: diuini in-
genii: suumq; sapientiae uiro cedas: ista insigni pietatis laude
ad praecipuam gloriam contendas: efficiasq; ut nemo Laurenti-
um colat: qui te non plurimum obseruet. Quod mihi profecto
accidit: nam quom ei laborem omnem: industriam: deniq; me ip-
sum dicarum esse debere statuerim: hoc studium meum & consi-
lium ei probare non posse uideor: nisi fidei in te argumentum
aliquod extiterit. id ut fiat: hoc anno elaborauit diligenter. Na iu-
uenalis satyras noua commentatione tuo nomine explicare co-
natus sum: in quibus interpretandis non ignoras quam multi
bonarum artium studiosi operam posuerint: & tamen aliquando
ingenue sint professi semulta non affecutos esse: uel carminis
obscuritate: uel temporum ignoratione. Equidem: quod sine ar-
rogantia dictum uelut: multa in iis graecorum latinorumq; au-
thoritate confirmata me explicasse cõtenderim: quae uel alii gra-
uioribus studiis occupati neglexerunt: uel multi nostrarum lit-
terarum studiosi scire magnopere expectabant. Atq; id sane nō
in iis tantum: quae quotidianis disputationibus quæri solebāt
sed ubi et pleraq; pro apertis: & expositis: in hominum opinione
recepta fuerant: quom uel historie inuolucro adhuc laterent:

Domitii Calderini Veronensis secretarii apostolici in commentarios luuenalis ad clarissimum virum Iulianum medicen Petri Cosmi filium Florentinum Domiti Calderini.

Libros y documentos

AUTORÍA

Calderini, Domiti, 1447-1478

FECHA DE PUBLICACIÓN

1475

FORMATO

Libro

DATOS DE PUBLICACIÓN

Domitii Calderini Veronensis secretarii apostolici in commentarios luuenalis ad clarissimum virum Iulianum medicen Petri Cosmi filium Florentinum Domiti Calderini. Roma [Italia] : [Editor no identificado], septembris 1475. 1 volumen sin paginar [114 páginas] ; 31 cm. ; en estuche

FUENTE DE INFORMACIÓN

[Biblioteca Nacional Digital](#)

INSTITUCIÓN

[Biblioteca Nacional](#)

UBICACIÓN

Avenida Libertador Bernardo O'Higgins 651, Santiago, Región Metropolitana, Chile